



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri
tres**

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

De vi appetitus ca.xii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Libet Quintus.

habent, figuris et carib⁹ allici, qui ex igne, fumo, et odoribus sacrificiorum, qui pro ex aere, dicunt sese corporibus nostris insinuare solitos et humani corporis humoribus exugere. Affirmat Herodotus libro historiarum tertio, se ex genere Scytharum sapienter audiuisset neminem preter unum Anacharsidem, qui (ut Cicero in questionibus Tusculanis inquit) sapientie fuit admirandus. Haec igitur quae ad bene beateque viuendum tanti momenti sunt, non nostrae sunt facultatis, sed alii de suppeditatur. Licet enim bene mori nostri sit arbitrii, tamen bene nasci et bene educari, non est praeteritis. Propterea cum de salute agit, non vitae principium, sed finis inspicit. Satis ergo fuerit nobis praeteritae cum difficultate relinquere, diuinum adiutorium nulli negari patere viam omnibus a vitijs ad virtutes, a fortuna ad gloriam, quod si quibusdam maiori cum labore, certe etiam maiori cum mercede. Haec particulares causae (quae rebelliones appetitus augent ac minuit) intellectus ac recitatae sunt a philosophis. et communis illa causa, hoc est peccatum originis a primi parentis inobedientia natum a solis theologis allegat, quae praedictis adiuncta, tamen molis est in omnibus, ut ad peccatum incurret. Hinc illud apostolicum, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Sed iam ad appetitum redeamus.

De vi appetitus

Capitulum

Appetitus ergo per inobedientiam primi hominis, absolutus a lege rationis, praeparari coepit et insanire de cuius clandestinis insidijs, et incurSIONIBUS apertis, Jacobus ita loquitur. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. In eo quod abstractus dicit, violentiam exprimit. In eo quod illectus adiungit, fraudulentiam significat. Paulus autem ad Romanos scribens appetitum his verbis accusat et taxat. Nam velle adiacet mihi, proficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum sic Apostolus. Erant in Paulo sicut et in nobis, duo fere homines, spiritualis scilicet et carnalis. Verba autem supradicta.

Liber Primus

Spiritualis sunt hominis, de carnalis tirānide cōquerentis, et carnales hoies hoc ē appetitū, peccatū vocat, quia videlicet semper nos ad peccatū flectat et inducat. Spirituales hoies ipse Paulus dicit interiorē, cum Paulo infra subiūgit. Cōdelector enī legi dei secūdum interiorē hominē, et de carnali subinfert. Uideo aliā legē in mēbris meis, repugnātes legi mētis meę. **N**ox homo spiritualis in Paulo videns se nō posse penitus carnali resistere, quasi indignabūdus in hec vba prorūpit. Insoelix ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huius? et paucis interiectis ita cōcludit. Igitur ego ipse mente seruo legi dei, carne autē legi peccati: Hoc idē et Christus inquit. Spiritus quidē proptus est, caro autē infirma. Spiritus quippe mens est, in qua p̄sedit volūtas cōsentanea rationi, et parata semper nisi retrahatur ab appetitu parere diuine legi. Caro autē, hoc est appetitus carnalis, infirmus ea de causa est appellatus, quod voluntatē semper p̄cedens, omnes operā nostrā reddit infirmā. Vel quia nos propter carnis legem rationis conatibus resistentem, sumus ad omne p̄clarū facilius infirmi. Nec tñ minus infirma caro nūcupabit etiam tum cum appetitus bonis operibus assuefactus, adheserit rationi. Nam vis ea que quoniam imperiū volūtatis exēquitur, executiua nuncupatur corporeis instrumētis alligata, nec operis perfectione nec operandi velocitate potest volūtate adęquare. Ex deo igitur et ex volūtate efficacīa est, at tarditas et deterior agēdi conditio ex carne, non aliter quā in claudo progressionis obliq̄tas, ex curuitate cruris est, sed cundi facultas ex anima. Hoc perpēdens in secūdo Ethicorū dixit Aristoteles, incōtinentes similes esse paralyticis. Quēadmodum enī paralyticus morboīa qualitate, viz motū impediente, quorsus non vult in unū vertit, sic incōtinēs si aliquādo, vel bonitate nature, vel diuina in p̄piratione motus, aspirare velit ad virtutes, cōtinue prosteruentis appetitus impulsu, de vię regię rectitudine, in dexteram, aut sinistram, hoc est de mediocritate virtutis, in id quod plus aut minus est, decurvas